

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,

De

VERMIBUS IN-  
TESTINORUM,

*Quam*

PRÆSIDE DEO T. O. M.

Ex

DECRETO & AUTHORITY

*Excellentissima & Experientissima*

FACULTATIS MEDICÆ,

*Quæ* est in alma Electorali Brandenburgica Teu-  
toburgi Clivorum UNIVERSITATE.

Pro

Summis in Medicina Honoribus & Immunitatibus  
Doctoralibus ritè & legitime impetrandis,

*Publica Eruditorum censura exponit*

JOHANNES BAPTISTA PELTZERUS,  
NEO - HANOVIENSIS.

Die *junii horis locoque consuetis.*



DUISBURGI ad RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academiæ Typographi.  
Anno M. DC. XCVIII.

VIRO NOBILISSIMO ET SPECTATISSIMO

DN. JOHANNI  
MICHAELI  
PELTZERO,

SENATORI apud NEO-HA-  
NOVIENSES Prudentissimo,  
Mercatori Florentissimo, PA-  
RENTI omni obsequio Deve-  
nerando, in perpetui filialis amo-  
ris monumentum, meritissima  
gratitudinis testimonium, ulte-  
riorisque Paterni favoris incita-  
tionem,

*Paucas hasce paginas Inaugurales sacras  
facit, amore & observantia devin-  
tissimus Filius*

JOHANNES BAPTISTA  
PELTZERUS, AUCTOR.





Q. D. B. V.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS  
M E D I C Æ

De

# VERMIBUS IN- TESTINORUM.

Thef. I.



Sus hæcenus obtinuit, ut, antequam ipse mali fomes attingitur, pauca quædam in limine disputationum de definitione & Etymologia vocis præmittantur, quod & impræsentiarum ratio nostri instituti postulare, nisi timerem hæc tædiosa fore, cum cuius notum

debeat, quid vocabulo Vermium Germ. Wärme intelligi debeat, & ad causas mali eruendas rationalemque curam instituendam, parum vel nihil conferant. Loco

ergo Definitionis & Etymologiæ vocis in analysin materialem inquiremus, ut sic principia elucescant, ex quibus præcipue componuntur. Constant itaque vermes

ratione materiæ ex sale volatili, quo omnis fere scater insectorum

generantur. Si ex comestis fructibus horum vermes generantur, sicut vermes generantur ex aliis, atque generantur ex comestis. Et constat ex aliis. Et constat ex aliis. Et constat ex aliis.

Si ex comestis fructibus horum vermes generantur, sicut vermes generantur ex aliis, atque generantur ex comestis. Et constat ex aliis. Et constat ex aliis. Et constat ex aliis.



insectorum exercitus, quod latitat sub materia mucilaginosa, quæ inde apparet, quod putredini subjecti, toti in liquorem mucilaginosum abeant.

Thef. II.

Generatur ac fovetur hæc verminosa soboles, si non in singulis in quam plurimis tamen corporis partibus. Tulpius in *Observ.* XLIX. *Libr.* II. memorat de viro, qui post maximos perpeffos dolores micu cruento vmem excrevit. Vir Excellentissimus & Celeberrimus Doctor & Professor BARBECK, Præceptor noster ad cines usque Venerandus, similem fere observavit casum, qui ex pueri membro genitali, vermem satis longum extraxit. Nec desunt observationes in pulmonibus, pericardio, auribus, dentium cavernulis aliquando deprehensos fuisse. Cornelius Stalpart van der Wiel in *Observ.* XXIX. *cent. posterior.* exemplum habet mulieris, ex cujus utero vivus vermis ultra quadrantem ulnæ longus una cum fœtu in partu prodiit. In Collegiis Anatomicis ante duos annos Bremæ Duce Clarissimo & Expertissimo Professore TILINGIO, Præceptore meo Honoratissimo habitis, sæpius in renibus canum convolutos, quot latos, tres ulnas longos, in glomum convolutos, ipse cum aliis condiscipulis vidi, a quibus etiam ren affectus ad externas tunicas usque fuerat consumtus. Sæpius etiam in cutis potis vermiculi hærent, syrones dicti, quos nostrates vocant *mitesser*. Plures vermium species & loca eorum natalia qui desiderat, adeat Practicos nostros prolixitatem evitantes, solummodo de vermicibus in pus humanum infestant, & ex dicendis, aliarum specierum indoles, à quolibet judicioso Medico facillime deduci potest.

Thef.



Thef. III.

Vermes intestinorum, de quibus solis impræsentiarum agere animus est, in tres dividuntur species, ut ascari- des, secundo teretes sive rotundos, & tertio denique la- tos. Ascarides sunt exigui vermiculi, qui magna sæpe quantitate in intestino recto commorantur, & sphincte- rem ani frequenter ad tenesimum sollicitant, vocantur Germ. *ars würrlein* / ratione figuræ, speciem termi- tum Germ. *fleisch maden* præferunt. Per teretes intel- liguntur rotundi vermes, qui hominum genus, præfer- tim tamen inter illud infantes ac juvenes excruciant; ratione figuræ, faciem lumbricorum terrestrium exhi- bent, nisi quod vermes intestinales plerumque sint co- loris albicantis, terrestres vero ad rubedinem accedant, magnitudo eorum discrepat, ut plurimum tamen spitha- mæ longitudinem habent, Germ. audiunt *spuhl würrme*. Tertio sunt lati, qui omnium longissimi per totum in- testinorum tractum quandoque se exporrigunt. Platerus scribit, se quosdam vidisse, qui quadraginta pedes longi fuerunt. Rarissime tamen occurrunt, nec plures duo- bus vel tribus in uno reperiuntur subjecto. Duplex ho- num datur species, quarum altera variis juncturis equiseti internodiis respondentibus prædita est, ita, ut quodlibet spatium inter duas juncturas semen cucumeris referat, qui ideo cucumerini vocantur. Istiusmodi speciei deli- neationem videtis apud Senert. *Lib. III. Sect. II. Cap. V.* & Tulp. *observat. Medicar. Libr. II. Cap. XLII.* Altera species nomine tæniarum Medicis venit, quia simpli- citer lata, absque internodiis, tæniis seu fasciis ex filis linteis contextis non adeo est absimilis, quæ interdum miro modo se convolvens, formam glomi *ein stungel* *keiner schnüren* refert. Præter datam differentiam, ul- terius



terius à quibusdam distinguuntur vermes ratione coloris in albos, flavos, rubros, variorum colorum punctulis signatos, vel ratione figuræ in bicipites, tricipites, duplici cauda præditos &c. quæ species tamen cæteris sunt rariore, nec adeo scitu necessariæ, de quibus consule Sennertum loco antea allegato.

Thef. IV.

na hospes familiaris, e  
 vermes sunt hospites  
 vest. o sunt peregrini hospites  
 P. idant hoës qui in habitu  
 in vermes sunt hospites  
 us, adq sunt nati hoës qui  
 in vel habent vermes. sunt  
 s familiares. sunt  
 r. si in fante aliquando castro  
 i vermitq et multitudine  
 s fœt hoïnes habuerunt  
 aut vermes, atq oës fœt  
 a affecti fuerunt vermitq  
 ene hoës habuerunt vel  
 i vermes. probantq  
 h in hofi.

Ut autem propius ad nostrum perveniamus propo-  
 tum, inquirendum erit, qua ratione & quibus ex causis  
 peregrinus hic hospes in corpore nostro generetur. Hac  
 de re acriter disputarunt Medici veteres, alii enim sic,  
 alii aliter sentiebant. Quidam, inter quos Avicenna,  
 cruditates viscidas in primis viis stabulantes, blando ca-  
 lore in vivum tale animal converti statuebant. Alii cum  
 viderent vermes plerumque in fimo & aliis rebus putre-  
 scentibus nasci, firmiter sibi persuadebant, soli putredini  
 eorum originem esse tribuendam. Verum enim vero,  
 quid de hisce opinionibus statuendum, modo quæ nostra  
 fit sententia proposuerimus, patebit. Accusamus itaque  
 pro proxima causa, ex qua vermes fiunt, semina seu ut  
 malunt ovula prolifera certorum insectorum cum alimen-  
 tis aliove modo deglutita. Quando enim perpendimus  
 omnia animalia, quorum ortus nobis est perspectus, imo  
 & ipsa vegetabilia, per proprium semen suas confer-  
 vare species, quidni & similis ortus simileque semen sola  
 mibus concedendum? Cum non essentialiter sed sola  
 magnitudine à majoribus differant. Distinguunt hic  
 quidam inter animalia perfecta & imperfecta; perfecta  
 ex suo semine, imperfecta vero absque semine generari  
 posse credebant. Sed hæc distinctio non aliunde mihi  
 orta videtur, quam quod minorum (quæ imperfecta  
 censentur) æque ac majorum seu perfectorum genera-  
 tionem



tionem nudis sensibus apprehendere nequiverint. Et nescio sane, quæ prærogativa in modo generationis majoribus præ minoribus sit tribuenda, cum gradus non variant speciem nec genus. Et quid multis opus est verbis, cum rerum dentur testimonia, Curiosus enim Rhedus in eleganti suo Libello de generatione insectorum ipsa ovula (si fides adhibenda authoribus) ex quibus generantur, in carne cocta & cruda putrescente conspexisse confitetur, ut variis in locis, præsertim tamen pag. 42. videre licet, ubi verba ita sonant: *Et semper super his carnibus, & super his piscibus, & circa foramina cistularum, non vermes modo vidi, sed ut supra dictum est, ovula etiam ex quibus nascuntur.*

Thef. V.

Per semen vero, de quo thesi præcedenti mentio facta, nihil aliud intelligimus, quam rudimenta seu prima partium stamina futuræ embrionis in colloquamento hærentia, membrana seu cortice peculiari cincta; eodem modo, ut in leguminibus, pisis, hordeo & præsertim fabis apparet, in quarum meditullio, novi quasi plantarum typi conspiciuntur, qui postmodum in herbam & caulem excrescunt. Nec aliter etiam concipi potest generatio, nisi enim partium aliqua præexisteret delineatio, quid materiam ita modificaret, partesque in talem disponderet ordinem, ut corpus vivens exacte sui speciei analogum produceretur? Veteres hanc disponendi vim adscribebant suis facultatibus formatricibus, at inepta explicatio, eodem modo, si quærenti rationem, cur vinum in doleo aperto & loco calidiori positum aescat, respondeatur, quoniam vinum facultate aescendi gaudet. Quam graviter ergo erraverint illi, qui soli putredini & humoribus viscidis, absque præexistente



stente tali semine vim verminandi consecrarunt, haud  
 difficulter quilibet videt, modo accurate ut supra di-  
 ctum considerat, hanc partium elegantem structuram,  
 legitimumque earundem ordinem, non ex sola putre-  
 dine, solisque cruditatibus viscidis posse deduci, cum  
 talem facultatem non habeant, se in tale corpus vivens  
 convertendi. Et quod putrefactio ratione generationis  
 revera talis non sit, qualis à quibusdam putatur, edo-  
 cent experimenta antea allegati Rhedi, imprimis tamen  
 quod recensuit pag. 47. ubi ita ait: *Quare mense Julio,*  
*in lagenas quatuor orificii amplioris, nisi serpentem unum,*  
*pisces aliquot fluviales, anguillas Arni fluminis quatuor,*  
*& frustum lactantis vitulinae; Occlusis postea & optime ob-*  
*signatis charta & funiculo orificiis, in lagenas quas cun-que*  
*tantundem praedictarum rerum dimisi; non occlusis orifi-*  
*ciis non multum temporis abiit, quin pisces & carnes cum*  
*vasorum reliquia verminare inciperent, muscis oc-*  
*luberet intransibus & excuntibus. At vero in lagenis oc-*  
*clusis, nullum unquam natum vidi, ut ut non unum mensis*  
*abierit, ex quo cadavera inserta erant. Nonnunquam*  
*tamen foras in charta excrementorum aliquid vel vermi-*  
*culus inveniebatur, qui omni conatu ac sollicitudine id age-*  
*bat, ut inventa aliqua rima intrare in lagenam & visum*  
*sibi querere possit, omnibus quae intus erant, jam putre-*  
*factis, fracidis & corruptis. Si igitur putrefactio solita*  
*vermium existeret causa, cur non aequè in lagenis oc-*  
*clusis, cum tamen contenta putrefacta erant, ac in iis,*  
*quarum orificia aperta servabantur, & infectis concede-*  
*bant liberum aditum, vermes fuerunt generati? Et cur*  
*nomi cistis muscariis vulgo fliegenschrancke linteae bene*  
*coopertis, alimenta à verminatione praeservant, etiam si*  
*putre-*



putrescere incipiant? Et cur infantes, qui solo lacte materno nutriuntur, rarissime vexantur vermibus? Hujus tibi sane alia reddi nequit ratio, quam, quod insecta in ante dictas res semina sua deponere non potuerint.

Thef. VI.

Quaestio jam formari posset, ex quibus insectorum speciebus semina haec verminosa ponantur? Extra omnem dubitationis aleam positum, similium insectorum esse semina, simile enim sui simile producit: utrum vero infecta tunc temporis, quo semina emisserunt, figuram resulerint vermium, vel saltem ab initio, & postmodum mutata forma in animal alatum transiverint, me nescire ingenue profiteor. Saepius allegatus Rhedus deducit ex muscarum semine pag. 50. ubi ita ait: *Fuit etiam cum non exiguum vermium in bubulina carne generatorum copiam necari & partim in vase clauso, partim in aperto seponi curarem: & in vase quidem clauso, nihil unquam generabatur, at vero in altero vermes, (quoniam alia infecta in ista muscarum cadavera in vitro aperto contenta semen novum deposuerant) nascebantur, ex quibus in ova transmutatis, musca prodibant ejusdem cum illis speciei, ex quibus nati erant vermes.* Quando persequimur omnes insectorum mutationes, quas egregie Syammerdammius in *historia insectorum generali* curiosis naturae indagatoribus exhibuit, quodammodo Rhedum sententia defendi posset. Mallet tamen hic iudicium suspendere, quam in hisce occultis quid pro veritate profiteri. Nec determinare possumus, an differentia vermium intestinalium ex diverso semine, ut vult Clariss. Craan. in *Praxi Medica*, an vero aliis ex accidentibus dependeat. Ascarides ex simili cum rotundis

B

minimi

*Singulantes nimirum lacte sepe illis praeter alijs vermibus nocios ab hisca pignora uolent. E. n. infero ab his ob noxijs siml vermibus. et pag. 17. ab initio.*

*Quodcumq; sui simile producat ab alio vivente produci nequit. Lumbrici sui simile producat. E. ab alio vivente produci nequit. Pollinor. quod o habet semen o producit, at qui lumbrici o semen. E. sui simile producant.*

*Pollinor. Si lumbrici o habent ovarium, tunc o habent & atqui o habent ovarium. E. semen.*

*Si ascarides ex alimentis de quibus minores sunt rotundis, post cucumerini o majores esse atqui majores sunt rotundis de quibus ex alimentis de quibus Pollinor. si duc animalia semine ab alimento generantur, postquam eaque magis sunt ac cucumerini atqui cucumerini et rotundis ab alimento nutriti. E. se hanc*



minimi, ex solo alimenti defectu, & brevi tempore, quo in intestino recto commorantur, provenire credo. Sed mihi videor audire quosdam murmurantes, omnia experimenta esse desumpta à vermibus extra corpus constitutis, ab his vero ad intestinales non procedere argumentationem, præsertim cum alio gaudeant colore, & extra corpus diu supervivere nequeant. Verum iis respondemus, parvum tantum intercedere discrimen, ex sola alimenti, aeris ac loci diversitate dependens, intestinales vero extra corpus mori, quoniam ex feco consueto expulsi, ab inclementia aeris externi, eorum fibræ facillime læduntur, & extra corpus, consueto privantur alimento.

Thef. VII.

Quomodo hæc femina ad primas vias perveniant, ro-  
gari potest? rarius per inspirationem, nam constat femi-  
na nonnullorum insectorum adeo esse exilia, ut in ae-  
rem attolli, & sic inspirando cum aere os ingredi possint,  
ubi salivæ se jungunt & deglutiuntur. Secundo per ali-  
mentationem, quatenus femina per aerem dispersa in  
alimenta pelluntur, iisque adherent; vel quod insecta  
immediate in alimenta sua egerant femina: atque hinc  
est, quod cibi, quos insecta in deliciis habent, illaque  
grato suo sapore ad escam invitant, quales sunt sacchara,  
ta, mellita, caseosa, pira dulcia, cerasa, olera & simi-  
les, generationem vermium in corpore promoveant;  
vel quatenus insecta femina sua in fructus seu eorum flo-  
res deposuerint, ita ut fructibus accrescentibus, femina  
in medullis abscondita, una cum fructibus assumantur.

Thef. VIII.


Considerata jam materia ex qua generantur, ulterius  
nobis indagare incumbit, quo modo & quibus ex causis  
femina

*nam femina adeo exilia sunt  
ut in aliis possint. hinc quæ  
per inspirationem ad primas  
vias perveniunt. At quibusdam  
feminae sunt, quæ ut in aërem  
attolli possint, quod facilius  
illa femina per inspirationem  
ad primas vias perveniunt.  
Si aer replet feminis, tunc  
inspirationem ad primas vias  
perveniunt. & facilius per  
tione illa ad primas vias  
perveniunt.*



femina vivificentur ac excludantur. Hac in re ardua, sed maxime obscura, si quid proferre liceat, pro causa efficiente agnoscerem chylosin imminutam alvi que tarditatem, concurrente blando, à statu naturali declinante, attamen adæquato, calore. Illas autem actiones læsas deducimus ex inertia ac intemperie viscida humorum in ventriculum & intestina se exonerantium, quatenus sic non solum cruditates viscidæ in primis viis accumuluntur, verum etiam à saliva & succo gastrico à naturali Spirituositate aberrantibus, cibi non debito modo solvuntur & fermentantur, sed in chylum crassum abeunt, qui per pylorum ad intestina translatus à succo pancreatico quædam fere cum ante dictis liquoribus constitutionis, & bile viscida sale volatili oleoso depauperata ulterius non inciditur & attenuatur, atque excrementa, accedente defectu vel visciditate liquoris qui ex glandulis intestinalium eructatur, ad exitum non sollicitantur, ut stagnantia putrefieri incipiant. Quod si igitur, rebus ita se habentibus, per respirationem salivæ sociata, vel in alimentis abscondita, semina verminosa deglutiantur, in ventriculo non, ut in statu naturali contingit, comminuntur, neque in intestino duodeno à succo pancreatico, præsertim tamen à bile (quæ alias naturaliter constituta omnem vermium generationem arceat) dissolvuntur ac contempuntur, sed integra ac salva in fistula intestinali hærent, ubi in cruditatibus viscidis vel in fæcibus stantibus & putrescentibus hærent, & usque ad maturitatem perveniunt. Qua ratione vero semina vivificentur, difficilime explicatur: si tamen speculationes nostras proferre nobis conceditur, diceremus, semina seu ovula illa insectorum à præcedente masculorum congressu fecundata fuisse, quæ postmodum integra propter rationem

*Silumbriçion fel ex & An  
depauperata & d potè ca  
mimm, atq; hmbriçion con  
bitis & depauperata o por  
vermium. Minor pro bah  
Major probat. Si nihil quicq  
suo contrario orit, tunc per  
major probat, atq; nihil quic  
de suo contrario orit. L. ve  
major propositio.*





tionem antedictam, in intestinis viscida ac putrescenti  
materiaz inhaerentia, tanquam in nido, adaequato & apto  
caloris gradu vel putredinali vel ex sanguine intestina  
minus fovente orto, foventur ac excluduntur, & cum  
tunc putridam chyli aliorumque humorum materiam  
inveniunt, illa vascuntur, ut in vermes excrescant.

Thef. IX.

*vis & A. depauperat & causa  
in se q. illos in illo modo conf. h. e.  
q. sanguis & A. depauperat &  
verminum. E. o. conf. h. e. h.  
ici conf. h. e. h. e. h. e. h. e. h.  
e. e. o. conf. h. e. h. e. h. e. h.  
e. h. e. h. e. h. e. h. e. h. e. h.*

Causa efficiens remota est sanguis crassius ac viscidus  
naturali spirituositate deflebens, sale volatili oleo  
soluto quodammodo depauperatus, partim quod sic a-  
mica effervescentia calida, quae naturaliter inter acidum  
& sal volatile oleosum in sanguine contingit, imminui-  
tur, atque hinc partes, per quas sanguis circulatur, a-  
deoque & ventriculus & intestina minus calore naturali  
foventur, partim etiam quod a sanguine, ut fonte, vi-  
scidi generentur humores, hinc saliva in glandulis sali-  
valibus, liquor gastricus in tunica glandulari ventriculi,  
succus pancreaticus in pancreate viscidi, debita secretio-  
nitate & blanda ac naturali acrimonia privati secretio-  
nitate. Idem iudica de bile, ratione salis volatilis oleosi  
deficit vel infra-  
ctum est, bilis in glandulis hepaticis, non nisi enervata  
& viscida secerni potest. De liquore, qui in glandulis  
intestinorum secernitur, idem intelligi volumus.

Thef. X.

Quod vero potissimum intemperies viscida causa sit,  
praeter symptomata in sequentibus tradenda, subjecta,  
quae vermibus vexantur, testimonium dicunt, ut pluri-  
mum enim sunt frigida & pituitosa, qualia sunt infantes,  
quartanarii, cachectici, melancholici & vitam seden-  
tariam amantes, hypochondriaci ac hysterice. *Ceterum hoc*



hoc etiam confirmant animalia verminosa, quæ cultro anatomico aperta, bilem tenacem, viscidam nec satis amaricantem continent, unde sal volatile deficiens vel à particulis viscidis suppressum, luce meridiana clarius colligitur. Præterea ratio præcedentis victus hoc etiam promittit, nam plerumque istiusmodi homines, qui vermibus vexantur, cruda, caseosa, aliave viscida in deliciis habuerunt, ex quibus non debet non sal volatile oleosum obtundi & sanguis incrassari. Sed quaeritur hic non immerito, cur quilibet homines, quorum sanguis est viscidus, vermibus non laborent, cum tamen nullus à seminum insectorum assumptione sibi cavere possit? Respondemus ad vermium generationem, non solum requiri semina & materiam viscidam seu calorem, qui hanc concomitatur, sed præterea necesse est, ut caloris gradus sit proportionatus & adæquatus, ut §. 8. diximus. Quomodo enim ova gallinarum, non à quovis caloris gradu, sed tantummodo à fotu incumbentis gallinæ, aut saltem huic simili excluduntur, sic etiam rem se habere cum seminibus verminosis credimus: si enim gradus caloris minor, quam esse debet, non vivificantur; si vero major, semina dissolvuntur ac corrumpuntur, id quod in statu sano etiam fieri nobis persuademus.

Thef. XI.

Inter res non naturales, quæ sanguinem reddunt viscidum, sale volatili oleoso privant illudve obtundunt, præcensendus venit aer humidus, qui sal volatile oleosum diluit & enervat. Cibus & potus corpus ad verminationem disponunt, quando in eorum quantitate vel qualitate erratur. Ciborum quantitas hic facit, si hoc modo ingurgitantur, ut liquores chylificationi dicati, habita ratione ad tantam molem insufficientes, minima ciborum



a. g. ab initio dicitur in infantibus  
 ad nutriendum variis in vermibus  
 et modo dicitur in illis pro alijs vermibus  
 in quatuor argumentis.  
 1. nimium a lacte replentur  
 2. alijs vermibus obnoxiosiores.  
 3. ita replentur a lacte. pro  
 4. exij sunt vermibus.

ciborum principia solvere & in chylum satis tenuem elaborare nequeant, qui postmodum per vasa lactea & ductum thoracicum ad sanguinem translatus eundem similibi inquinaat. Et hæc ratio est, cur infantes, qui à nuc  
tricibus ad buccas usque replentur, præ alijs vermibus  
sint obnoxii. Potus similiter largiori dosi adhibitus, vi-  
tiosam hanc humorum intemperiem conciliat, quatenus  
 fermentorum activa principia nimium diluit, quæ di-  
 sperfa, debito modo in cibos agere non possunt. Po-  
 tus ratione quantitatis si deficit, cibi non solvuntur, ve-  
 rum in chylum tenacem abeunt. Qualitate cibi peccant,  
 si (habito etiam respectu ad suum individuum) functio-  
liores, quam ut bene digeri possint, ut sunt carnes  
 & pisces indurati, varia legumina &c. in quibus quam-  
 vis aliquod sal volatile absconditur, hoc tamen non nisi  
 à robustioribus extrahitur. Hincque ratio fluit, cur in-  
fantés ante ablactationem carnibus nutriti, ut pluri-  
imum postea furioso hoc hoste miserime excrucientur.  
 Qualitate secundo peccant, cibi nimium viscosi acruendi,  
 ut lactinia, pultes ex farina grossa paratæ, panis non  
 bene fermentatus, caseus, fructus horarii, crudi & quæ  
 plura sunt istiusmodi generis. Quies excessiva etiam  
 huic malo fores pandit, quoniam sanguis (qui alias motu  
 citiusque circulum suum per corpus absolvit) tardiori in-  
 cedit passu, ejusque particule viscidæ successive combi-  
 nantur. Ex qua causa etiam ii, qui otio & quieti nimi-  
 um indulgent, ut infantes, melancholici & hypochondriaci  
 diro hoc hoste sæpius visitantur. Somnus pati  
 passu ambulat cum quiete. Inter excreta, quæ retineri  
 debent, stat copiosa salivæ excretio, cum propter de-  
 fectum, cibi in ore non legitimo modo solvuntur & pro  
 ventriculo



ventriculo præparantur. Tandem inter animi pathemata, tristitia & mœror perseverans, humores pituitosos reddunt, quatenus in certa objecta intenti vitam sibi eligunt sedentariam, ex qua eadem labes, quam ex nimia quiete provenire diximus, contrahitur. Et cum spiritus animales in profundis hisce cogitationibus summe impenduntur, ac parcius ad reliquas corporis partes mittuntur, sanguis tanto vigore non propellitur nec attenuatur, sed paulatim incrassescit.

## Thef. XII.

Vermium causis breviter pro ingenii nostri tenuitate perultratis, proximum jam erit tradere signa, ex quibus eorum præsentiam judicamus, atque hinc inquirere, qua ratione illa, ut effecta, ex vermibus deduci queant. Præquam tamen eorum resolutioni me committam, præmonendum, etiamsi vermes variis, imo innummeris, fere stipati sint symptomatibus, nullum tamen ipsis adeo esse proprium, ut inde Medicus sibi signum pathognomicum formare possit, nisi varia collective sumantur, aut vermes per os aut anum excernantur. Non enim semper eadem observantur signa, sed quandoque hæc, quandoque illa, pro varia circumstantiarum ratione diversa videntur. Circa explicationem symptomatum etiam notandum, quædam immediate ex vermibus, quædam ex eorum causis, quædam denique ex eorum productis originem trahere. Signa igitur, per quæ fatalis hic hostis præsens judicatur, sequentia præcipue à Præctis recensentur, ut: *Per os emittunt odorem fetidum*, quem deducimus ex alimentorum & fecum in primis viis putrefactarum halitibus per œsophagum ascendentibus, *Appetitus aliquando prostermitur*, si scilicet ventriculus



riculus mucō viscido oblitur, & fermenti gastrici blanda aciditas inviscatur, ut fibras nerveas per sinistrum ventriculi orificium copiosissime sparsas titillare, hincque menti sensum appetitus imprimere nequeat. E contra in quibusdam *appetitus augetur*, quia vermes maximam chyli partem ad sanguinis acrimoniam temperandam summe necessariam absumunt, atque parum vel nihil vasa lactea intrare permittunt, ex cujus defectu sanguis acrior factus, etiam fermentum ventriculi acrius supeditat, quod fortius agendo in nervos orificii ventriculi sinistri, tamen excitat auctam. Per sentiunt quandoque *rosiones & morsicationes circa regionem scrobiculi cordis, cum quadam anxietate, precipue tamen jejuno ventriculo*, quoniam vermes tunc temporis ob defectum alimenti ex intestinis in ventriculum usque repunt, at ibidem nihil inveniētes morsicant, ejusque orificium sinistrum convellunt, unde illa rosio; & cum diaphragma cum ante dicto orificio cohæreat, illud quoque per confensum afficitur, ac respiratio læditur, & homo anxietate afficitur. Talem cardialgiā à vermibus causatam observavimus in muliere, cum studiorum gratia Brema vivere-  
 mus, quæ beneficio vomitorii, à Clariss. & Experientissimo Professore à CAPPELN. Præceptore meo æternum colendo, ordinati, præter propter quatuordecim vermes evomuit, quibus liberata statim convaleuit. *Nausea & vomitus* vel acrimoniam antedicto modo enatam vel ipsos vermes pro causa agnoscunt, illa, quatenus vellicando, vero morsicando fibras dextri orificii ventriculi nerveas, impetuofum ac inordinatum spirituum animalium influxum provocant, ut ventriculus variis motibus convulsivis agitur, qui motus, si non adeo vehementes, nausea seu inanis evomendi conatus, si vero tanti, ut ob pylorum  
 riculus



quodammodo constrictum contenta per œsophagum  
ascendere cogantur, vomitus producitur, qui plerum-  
que est *pituitosus*, ob saburram viscidam in ventriculo hæ-  
rentem. *Abdomen ultra modum expansum, tympanita-*  
*non adeo absimile* quandoque habent, cujus rei causam in  
viscidam à bile non adeo lixiviosa in flatu resolutum  
conspicio, qui incarcerati intestina distendunt, integu-  
menta abdominis elevat, & sic abdomen expandunt.  
In quibusdam *abdomen durum* tangitur, vel ob indura-  
tas ac in fistula intestinali stagnantes fæces, vel mesen-  
teri aliarumque partium à materia viscida tenaci ac in-  
durata factas obstructions. *Torminibus ventris* vexan-  
tur, quæ flatibus acerbis vel vermium rofioni originem  
debent. Plerumque *alvus est obstructa*, ex materia visci-  
da vasa excretoria glandularum intestinalium obsidente,  
vel ejus ut & aliorum humorum in intestinis confluen-  
tium defectu aut viscositate. Interdum tamen *alvus so-*  
*luta exilit fluidior*, quod contingit, quoties humores  
cochyli defectum aciores facti intestinorum glandulas  
vehementius stimulant, vel vermes alio modo nequitiam  
suam in intestinis exercendo motum peristalticum au-  
gent, ut glandulæ majorem liquorum copiam effundere  
& æger sic frequentius alvum exonerare cogatur. Hic  
fluxus, si simpliciter dolorosus, absque sanguinis vel puris  
excretionem, vocatur *diarrhœa*, sin vero hæc observentur,  
alvi fluxus *sanguineolentus* aut *purulentus* dicitur, qui iis-  
dem causis sola magnitudine distinctis, originem debet.  
*Tussis secca* sæpius iis supervenit, quando tenax quædam  
pituita acrimonia permista, obsidet glandulas asperæ ar-  
teriz & bronchorum, aut eorum tunicæ internæ firmi-  
ter adhæret, quæ nervulos vellicat eosque convulsive  
afficit. Corripiuntur & interdum *cordis palpitatione*,  
C  
cujus



cujus causam petimus ex sanguine ob penuriam chyli acriori, vel effluvis acribus putredinis fœcum intestinalium causa per vasa lactea ad sanguinem elevatis, quæ dum intrant cordis thalamos, & spiculis suis in ejus fibras nerveas irruunt, cor non debet non variis motibus agitari convulsivis. Eadem vel similis acrimonia si penetraverit in minima vascula medullam spinalem aut systema nervosum perreptantia, vel spiritus animales simili labe infecti fuerint, omnium nervorum contingit vehemens irritatio, cujus causa spiritus animales inordinate ac impetuose fulminis instar in omnes musculos expulsi, totum corpus convulsivis concutiunt motibus, cum lenisum interiorum læsione, unde *epilepsia*: quam tamen ex inclementi vermium arrosione interdum provenire, hanc falso simile videtur. Ex data acrimonia etiam deducimus *dentium stridorem* & *pruritus narium*, phænomena verminosis familiarissima, cum enim ad temporalem pervenit musculum, eundem eodem modo, quo cor, in motum convulsivum abripit, & si in narium internam maxime sensatam membranam fluere pergit, titillationem excitat, quam cum non possunt perferre, digitos in nares immittunt, iisque eas scalpunt. Cæterum, talem acrimoniam ex intestinis & ventriculo per œsophagum sub forma halitus ascendere ac nares ferire posse, etiam non dubitamus. *Somnos agunt interruptos*, quoniam vermes alimento privati rodunt ac mordicant intestinorum fibras, unde spiritus animales vehementius agitantur, tubuli nervorum quodammodo collapsi expanduntur, hinc expergescunt & ob dolores clamant ac irresunt. Vexatissimum etiam vermium symptoma solet esse *sitis*, præcipue *nocturnis temporibus affligens*, cujus ratio est, quod de nocte sanguis ob musculorum quietem, plus mi-



nus concreseat, tardiusque suum circulum per corpus  
 absolvat, & per consequens principiorum salivam consti-  
 tuentium minor quantitas ad glandulas salivales transfe-  
 ratur, quam ob causam os & fauces exarescunt ac animæ  
 sensus sitis imprimitur. Aliquando tamen *copiosam ex-  
 spunt salivam*, quod contingit, si sanguis acrior glan-  
 dulas salivales irritat ad copiosorem salivæ effusionem.  
*Facies interdum pallet ac tumet*, ex lymphæ viscida vasa  
 lymphatica expandenti, ac sanguifera capillaria alias ru-  
 borem malis conciliantia comprimenti, unde loco colo-  
 ris sanguinei, viscidus seu pallidus transparet. *Corpus  
 successu temporis emaciatur*, partim ex obstructione va-  
 sorum lacteorum, partim quod vermes maximam chyli  
 partem augmentationi & amissorum restorationi dica-  
 tam abliguriunt; cumque deficiente chylo sanguis acri-  
 moniam nanciscatur, non solum parum aut nihil apponi-  
 tur, sed illud etiam quod antea fibris agglutinatum erat,  
 abraditur, unde non debet non sequi totius extenuatio.  
*Urina alba excernitur*, ob visciditatem reliquis principiis  
 tenuiter junctam. *Phlogoses* aliquando in facie depre-  
 henduntur, quas acrimoniæ vermium putrefactorum vel  
 alii alcalicæ texturæ adscribo, quatenus resolvendo vi-  
 scidas sanguinis partes, sal volatile oleosum in sanguine  
 hactenus suppressum sui jurisfacit, quod cum acido effe-  
 rescendo in facie calorem ac rubedinem excitat. Agmen-  
 denique claudunt *febres*, quarum originem deducimus  
 ex acrimonia sanguini adventitia, cordis fibras nerveas  
 ad frequentiore pulsum irritante, quæ pro varia con-  
 strictione varios edit effectus, ut, si acrimonia acida sit  
 cum visciditate conjuncta, producit frigus, si vero li-  
 viosa cum particulis ramosis conjuncta, calor; & pro  
 ut hoc fermentum febrile seu acrimonia accusata vel pe-



ryodice vel continuo, vel hoc aut illo tempore sanguini commiscetur, febres fiunt vel *continua* vel *intermittentes* vel *erratica*. Ultima tamen species in pueris est familiarissima, & eandem cum *phlogosibus*, attamen majorem causam agnoscere mihi persuadeo.

Thef. XIII.

Hucusque recensuimus signa, quæ in genere vermes in corpore revelant, cum autem Medico in facienda medicina, specialia nosse signa, magnum adferat lumen, non abs re fore arbitror, si quædam distinctiva adijcerem signa, ex quibus hæc vel illa species corpus infestare colligitur. *Ascaridibus* ergo hoc præ aliis proprium est, quod irritando sphincterem intestini recti, *tensum seu irritum excernendi conatum* causent. Secundo quod *flatus* per anum emissi, insignem relinquunt *fatorem*, fæces enim in rugis intestini recti moram necentes putrescunt, ex quarum effluviis, flatus prætereuntes postmodum inficiuntur. Tertio cum finis fistulæ intestinalis eorum sit hospitium, copiose excernuntur seque ipsos visui offerunt. *Latos* præsentem judicamus, si *dolores obtusi ac ponderosi fixam servant sedem*, nisi quod aliquando, præcipue deficiente alimonia se in ventricululum usque extendant, ibidemque *rosiones & cardialgiam* excitent, porro, quod *lente corpus extennent*; *Contra teretes* comitantur *dolores lancinantes, contorquentes, vagi*, citiusque *corpus emaciant*; plerumque enim si corpus infestant, pleno adsunt agmine, omnemque *peccylum* absument ac *totum intestinorum tractum* preceptant. *Lati* vero, quorum numerus est exiguus, *lucessive* quid nutritioni subtrahunt, nec ubique admor- dent, cum tenaci pituita involuti, internæ intestinalium superficiæ adhæreant. Denique ipsa vermium excernuntur



no certissima signa distinctiva suppeditat, si enim *teretes* aut per vomitum aut una cum *excrementis alvinis* prodeunt, & interim symptomata permanent, certo certius concludimus, quosdam *teretes* remansisse; sin autem frustra latorum rejiciuntur, nec ante dicto modo symptomata concomitantia mitigantur, quosdam supervivere credimus, id quod etiam de *cucumerinis*, si nempe *particula seminibus cucumerum similes excernuntur*, dictum volo.

Thef. XIV.

Quod prognosin concernit: *ascarides* omnium minimam inferunt noxam, partim quod in extremitate intestinorum hæreant, ex qua facillime expelluntur, & ubi medicamenti externis statim tanguntur, partim quod hominem nullo succo nutritio spolient, nec tantos dolores ob intestinum non adeo sensibile creent. Quod si tamen diutius hæerent, possent intestini recti sphincterem corrodere, sicque *facum* incontinentiam causare. Latis gravissima etiam si non producant symptomata, ut plurimum tamen curatu sunt difficillimi, diuturnioreque postulant curam, cum pituita occultati vix medicamento percipiunt vim, & intestinis quodammodo agglutinati, difficillime è loco removentur ac evacuantur. Teretes è contra latis graviora symptomata adjungunt, citiusque latis excutiuntur. Vermes punctulis rubris aut nigris ornati sint suspecti, sæpissime enim intestina erosa aut alio modo affecta prælagiunt. Infantili & juvenili ætati plus molestiæ creant senili, quia fibræ teneriores facilius dolorifice affici & in convulsiones rapi possunt. Vermes in principio morborum acutorum sua sponte homines fugientes, ut plurimum summam humorum



rum acrimoniam denotant. Cura si diu procrastinatur  
tabes, cachexia, convulsiones, aliaque plura hinc ex-  
spectanda mala; qua vero ratione, ex ante dictis patet.  
Symptomata quo plura & atrociora vermes comitantur,  
eo pejus & malum deterius.

Thef. XV.

Indole vermium sic obiter theoretice perspecta, ad  
curam nos accingimus, cui, si secundum veram ac ratio-  
nalem methodum satisfieri debeat, necesse est, ut primo,  
vermes qui maxime præter naturam in corpore hærent,  
eliminenter; secundo, cruditates quibus ventriculus & in-  
testina scatent, evacuentur, & tertio, sanguini naturalis  
temperies & effervescentia restituatur. Medicamenta  
itaque, quæ directe vermium eliminationem respiciunt,  
primo talia sunt, quæ eos aut enecant, aut suis viribus  
privant, ut sic imbecilles ductum sæcum sequi cogantur,  
alias enim, quamdiu sunt integrarum virium, motui in-  
feriora versus semper resistunt, nec ullo modo se expelli  
finunt, id quod imprimis apparet in infantibus, qui di-  
arrhœa satis diu affecti, nullum, ut ut iis pleni fuerint,  
excreverunt vermem. Et quoniam alvus adstricta causa  
existit, quod vermes aliquamdiu in intestinis manent,  
atque hinc ex diuturniori retentione debilitatorum pri-  
stina virium recuperatio, ex interfectis vero, nova alia  
atrociora mala metuenda sunt, pro altera anthelmini-  
corum classe stant evacuantia, ut purgantia & vomitoria.  
Medicamina vermes enecantia vel debilitantia varias sub-  
eunt differentias, varioque modo in eos agunt. *Que-*  
*dam* primo operantur per irregulares acrigidas particulas  
teneras eorum fibras conterentes, ut sunt *Terrea: ra-*  
*sur. corn. cerv. corn. cerv. ust. phil. preparat. unicorn.*  
*cret. terr. sigill. corallin. &c.* *Martialia croc. & limat.*  
*mart.*



*mart. vitriol. mart. ad alb. calcinat. tinct. mart.* Alia  
 secundo agunt per suos aculeos rigidos, ut: *Sal absynth.*  
*card. bened. cent. min. tart. nitr. antimoniat. &c.* Hisce  
 adjungimus *mercurialia*, quorum vis tribuenda mihi vi-  
 detur acrimoniæ, quæ facile cum *mercurio* jungitur, ac  
 in interstitiis suis particulas acres tenet, quibus ita arma-  
 tus, dum irruit in eorum partes, illas discindit, sicque  
 exanimat. *Palmarium* inter hæc *mercurialia* obtinet  
*mercur. dulc.* multis Medicis usitatissimus & certissimus.  
 Tertio sunt oleosa, quæ operari dicuntur, quatenus ver-  
 mium spiracula oblinendo transpirationem ad vitam eo-  
 rum summe necessariam impediunt; forsitan etiam quod  
 oleo inuncti, nequeant ascendere & fæces sequi cogantur,  
 aut à quibusdam oleis acrioribus rodantur & dissolvantur.  
 Primi generis sunt olea expressa, secundi vero, destillata  
 & nonnulla acria quoque expressa. Istiusmodi sunt:  
*ol. amygd. dulc. & amarar. olivar. rapar. nucl. persic. ju-  
 niperin. corylin.* Quarto sunt acria & amaricantia, non  
 solum quatenus ratione acrimoniæ ad exitum vermes sti-  
 mulant, sed etiam cruditates viscidas incidunt, bilem  
 tenacem ac viscidam emendant, sanguini naturalem ef-  
 ferrescentiam & circulum restitunt, hujus generis sunt:  
*Rad. gram. cichor. gentian. galang. enul. filic. zedoar. an-  
 gel. lroist. dict. cretic. Summit. absynth. card. bened. cent.  
 min. tanacet. rut. nasturt. sabin. Fol. scord. marrub. sco-  
 lopendr. Herb. abrotan. Flor. cent. min. croc. Sem. angel.  
 nasturt. tanacet. aquileg. citr. & imprimis cinn. quod re-  
 medium vulgare est, sed præstantissimum Bacc. laur.  
 amygd. amar. nucl. persicor. allium, porrum, lupul. Re-  
 sinæ & gummata ut: myrrh. Gumm. ammoniac. sagapen.  
 opopanax, bdell. Castor. varique ex hisce simplicibus pa-  
 tata, ut. Elyx. propr. Paracels. vitriol. Mynsicht. Essent.  
 absynth.*



absynth. myrrh. croc. &c. Ad purgantia quod attinet, hic eligimus vulgo ita dicta cholagoga, aut quæ insimul visciditatem incidunt, & aliquando amarorem in se habent, amara enim vermes cane & angue pejus fugiunt: ejusmodi generis sunt, Tart. vitriol. crystall. tart. mann. flor. persic. myrobol. Rad. jalapp. mechoacann. rhabarb. turbith. agaric. Aloes Res. jalapp. <sup>correct. vel</sup> scam. <sup>diagr.</sup> Fol. sin. ex quibus varia prostant compositiones ut: Pil. aloet. sint quibus esse nolo, pulv. diaturbith cum rabarb. Electuar. cholag. Sylvii & denique hic etiam usum habet, summus vermium carnifex mercur. dulc. Obiter hic circa purgantia notandum, fortiora in quantum possit, semper esse evitanda, ne medicamenta enecantia priusquam vermes perceperint, illorum vehementia, insimul expellerentur. His evacuantibus etiam annumeramus vomitoria, quæ præcipue indicantur, si vermes ventriculum infestare colligitur. Usitatissima sunt Tart. emet. infus. croc. metall. vel vitr. antimon. in tenellis infantibus totum opus absolvit spirit. sal. armon. in parva quantitate assumptus. Restat jam ut duabus indicationibus, quarum in præcedentibus mentionem fecimus sc. cruditatibus primarum viarum & intemperiei sanguinis viscidæ succurramus; verum si medicamenta, quibus vermes oppugnavimus, ad accuratum mentis examen revocamus, apparebit, eadem utrique scopo satisfacere, nam cruditates viscidæ primarum viarum nihil desiderant præter incisionem, quam amaris & incidentibus supra recensitis, & evacuantibus vel purgantibus vel vomitoriis obtinebimus. Quod si etiam viscidæ particulæ in sanguine prædominantes ejusque principia maxime activa suppressiones per ante dicta incidentia & aromatica, ut: Ci- nam. carioph. macer. cardamom. zingib. aliaque ejusdem

ammonium  
 Diagr. d. m.  
 et idem est  
 ferentia hæc  
 quod scammonium  
 galy cum succo  
 donior: et vocat  
 gridium. et ibi  
 ut scamon: diagr.  
 i rete tantum  
 in stare debet  
 rpe samon: ut  
 correct, aut solut  
 gridium. &c:



dem generis incisæ fuerint, salisque volatilis oleosi penuria, per substitutionem deficientis refarcita fuerit, extra omne dubium, effervescencia sanguinis intendetur, pristinusque ejus circulus ex impediens sublacione recituetur. Uberiorem medicamentorum farraginem recensere supersedebimus, cum hæc sint generosissima ac Practico pro vermium medela sufficient, ex quibus quilibet judiciosus Medicus pro re nata formulas sibi formare poterit, ut si pulvis peteretur *℞. Sem. tanacet. scr. ij. Rad. enul. corallin. aa. scr. j. rhabarb. drachm. sem. cinnam. scr. j. mercur. dulc. gr. x. M. F. pulv. iv. pro tot dosibus. Sub forma infusi ℞. Rad. filic. drach. ij. zedoar. drach. j. fol. marrub. p. ij. flor. persic. p. j. fol. sen. drach. ij. Rad. turbit. sem. cinn. anis. aa. drach. j. crystall. tart. drach. j. sem. incil. & contus. includantur nodulo, in potu ordinario suspendendo, de quo bibat bis vel ter haustulum de die. In forma electuarii *℞. Conserv. flor. persic. unc. j. Rad. enul. condit. unc. sem. bacc. laur. drach. ij. sem. cinn. corn. cerv. ust. aa. drach. j. ol. juniper. gtt. iij. syrup. absynth. q. s. pro consistentia electuarii; quod si vero simul laxans consideraretur, loco corn. cerv. ult. rhabarbari drachm. ij. aler. drach. j. tart. vitriol. scrup. j. & loco syrup. absynth. f. q. syrup. cichor. cum rhabarb. substitui posset; de quo sumat tempore matutino, castaneæ quantitatem, prout operabitur postea plus aut minus. Vel *℞. Sem. cinn. drach. j. corallin. Rad. dietamn. cret. aa. drach. sem. myrrh. scrup. j. Res. scam. scrup. sem. extr. colocynth. gr. iij. mercur. dulc. gr. vj. F. c. f. q. sachari rotulæ aut tabellæ drachmam pendentes, conspergendæ gtt. iij. ol. cort. aurant. pro delicatulis per vices, pro ratione operationis una vel altera aut plures usurpandæ. Vel *℞. Summ. absynth. tanacet. aa. m. j. fol. scord. scolopendr. aa. m. sem. flor.****

*\* Semen foenugra  
vel ℞ sem. cin  
foenugr  
ij dul  
diagrid  
Crocii  
sachi: alb  
m. f. in  
partibus  
pro info*

D

flor.



*flor. centaur. min. pug. ij. croc. drach. j. Rad. zedoar. gentian. aa. drach. ij. sem. tanacet. citri, cort. aurant. aa. drach. j. Incis. & contul. superfunde spir. vin. re-ctif. q. s. stent per aliquot dies in digestionem, ut extrahatur essentia, ad gtt. xx. vel xxx. cum aliquot guttis elix. propriet. Paracelsi, inconvenienti liquore assumenda. Aut ꝑ. Essent. absynth. compos. drach. j. elix. propr. s. a. drach. sem. M. gtt. xx. pro dosi. Sub forma pilulari ꝑ. Extract. absynth. scrup. ij. aloes myrrh. aa. scrup. j. Res. jalap. gr. xv. trochisc. albandal. gr. iij. merc. dulc. gr. vi. ol. tanacet. destillat. gtt. iv. F. l. a. pil. num. xxxiii. pulv. succin. conspergenda; pro dosi. xi. aut plures, pro earum effectu, quem edunt. In mercurio ut supra dictum, singulare etiam contra vermes latet antidotum, sed ejus usus, Medicum summo cum judicii examine ad singula attentum exoptat, nam sæpius gingivarum erosionem, dentium vacillationem, brevi salivationem provocavit: id quod non tam agit ratione suæ molis, (à multis enim sine ulla noxa mercurius vivus ad aliquot uncias fuit assumtus) quam acrimoniæ, cum qua facillime conjugium inicit; & hinc petenda ratio, cur subjecta, quorum succi aciores, præ aliis hisce incommoditatibus exponantur, quod mercurio sociabili, qui sic particulis scindentibus armatus, dum transit minimos ductus salivales, eos divellit ac rodit. In hisce igitur subjectis, Medico à mercurii usu abstinendum, si famæ consulere nec has in calamitates voluntate, salivationem excitare, animum induxerit. Duplicem mercurio utendi modum annotavit Etmüll. in collegio Pharmaceutico in Ludovici pag. mihi 1209. nitrum in forma sicca, si mercurius c. s. q. factari, in pulverem*



pulverem gryseum teritur, cujus dof. à scrup. sem. ad  
 scrup. j. & secundo in forma liquida, ut *℞. Mercurii*  
*vi unc. sem. vel i. Aq. simpl. vel flor. persic. libr. i.* leni  
 coctione bene in se invicem agitentur, quæ aqua, à  
 mercurio in fundo subsidente abstracta, & cochleatim  
 propinata, pro summo vermifugio ventilatur; vocatur  
 alias aqua hermetica Helmontii. Si atrocissimi dolores  
 in regione umbilici à vermibus sentiuntur, ægri optime  
 ferunt enemata ex dulcibus, ut lacte parata, quoniam  
 illorum suavi odore ex intestinis tenuibus, quæ exqui-  
 sita sunt sensus, ad crassâ non adeo sensata alliciuntur;  
 quibus tamen optime junguntur enecantia, ut sic dece-  
 ptâ, sub dulcibus venenum suum hauriant. *℞. Rad. ci-*  
*chor. raph. aa. unc. j. bacc. laur. unc. sem. Coq. in s. q.*  
*lactis, colat. ℞. unc. x. adde ol. olivar. unc. ij. sal. gemm.*  
*drachm. iij. F. clyster tepide applicandus. Superest, ut*  
 circa internam vermium medelam notemus, latos, quos  
 cruditatibus viscidis obductos, intestinis adhærere supra  
 dicimus, penetrantiora ac longioris usus desiderare me-  
 dicamenta, quippe non æque facile ac subito, ut prio-  
 res, eliminari possunt. Hanc ob causam valde hic condu-  
 ceret essentia pag. 25. exhibita, ut & sequens vinum me-  
 dicum *℞. Rad. gram. unc. j. filic. unc. sem. enul. drach. ij.*  
*Herb. nasturt. sabin. aa. m. sem. fl. cent. min. p. ij. cinnam.*  
*drach. ij. sem. angel. aquileg. aa. drach. j. sem. carv. drach. j.*  
*sal. tart. drach. iij. incis. & contusi includantur sacculo*  
 linteo, in mensura vini generosi suspendendo. Hisce  
 necessitate indigente, laxantia aut purgantia interponi pos-  
 sunt, quæ studio hic omisimus, ut diutius vis medica-  
 menti in corpore permaneret. Ascarides omnium fa-  
 cillime educuntur per clysteres amaricantes & supposi-  
 tota ex lardo, caseo, sapone veneto melle obducto,  
 D 2 parata,



parata, quibus ut majoris fierent efficaciam, alia enecantia addi possunt. ℞. *myrrh.* scrup. j. *aloes.* scrup. sem. *mell. inspissat.* q. s. pro suppositoio. Enema atiam tale parari potest. ℞. *Lupul. Herb. aneth.* aa. m. j. *Fol. warub.* m. sem. *bacc. juniper.* drach. ij. *sem. colocynth.* in peritia ligati, drach. sem. Coq. in f. q. *aque,* colat. ℞. unc. vii. vel viij. pro clystere. Hæ itaque formulæ nobis sufficiant, quarum dosin, quilibet judiciosus Medicus, pro certum individui curandi ætate & constitutione, vel augere vel imminuere, iisque pro aliarum circumstantiarum ratione quædam subtrahere vel alia appropriata medicamenta addere poterit. De tempore quo medicamenta assumenda, varii anxie deliberant, vulgus ut plurimum sibi eligit diem veneris, quidam ex eruditis, inter quos Ettmüllerus, luna decrescente vermes aggrediendi ratiocunt, sed meo judicio, hic nulla temporis habenda ratio, & quam statim hostis apparet, ne altas ageret radices, invadendus. Quod si vero aliquod tempus destinandum esset, matutinum aut quo ventriculus & intestina cibus vacua sunt, eligerem, ne medicamentorum vires per ciborum copiam sparsæ, diffingerentur & vermes eo proximius affici queant.

Thef. XVI.

Medicamenta externa quanquam ratione virium internis non æquivalent, atque ideo à multis flocci aestimantur, in infantibus tamen & subiectis delicatulis, quæ ab omnibus medicamentis internis abhorrent, eaque ambabus manibus rejiciunt, sacra quasi sunt anchora, ad quam Medico ultimò fugiendum & sine quibus, in istiusmodi casibus, nihil proficere potest. Parantur hæc externa ex oleis acris & amaricantibus, ut: *oleo amygd. amar. nucl. persic. corylin. absynth. aneth. &c. fel. libum*



*libus animalium, myrrh. aloë, gumm. ammoniac. Unguen-  
to de arthanit. quod leniter simul alvum subducit; ut &  
aliis supra memoratis vegetabilibus. R. Ung. de arthanit.  
unc. sem. fell. taur. drach. j. ol. corylin. tanacet. destill. aa. gt.  
ij. M. F. Ung. quo inungatur regio umbilicalis. R. Myrrh.  
Gumm. de tacamahaca aa. drach. ij. aloes drach. j. extr. co-  
locynth. scrup. sem. mastich. drach. j. cum cera & olei s. q. F.  
empl. supra alutam extendendum, ac ventri imponendum.*

Thef. XVII.

Verum enim vero, non satis est Medico ægrum ex mi-  
seria liberasse, sed præterea requiritur, ut media dicitur,  
quibus in posterum à diro hoc malo sibi cavere possit.  
Huic igitur scopo satisfactorius, commendo exactam di-  
ctam; qualis vero hæc esto, ex nocentibus §. 7. & 9.  
exhibitis, satis superque patet. Atque hæc sunt B. L. quæ  
de vermibus intestinorum pro ingenii exilitate proponere  
animus fuit, potuissent quidem pauca de speciali sym-  
ptomatum mitigatione annecti, & excellens hæc ma-  
teria ulterius extendi, verum ne tractatum pro disputa-  
tione scripturus videar, labori meo finem impono; Faxit  
supremum illud Numen, ut cedat in nominis sui gloriam,  
& proximi, præsertim ægrotantis, emolumentum.

F I N I S.

D 3

Nobi-



*Nobilissimo & Industria, Judicii ac Ingenii  
laudibus Florentissimo Juveni*

JOHANNI BAPTISTÆ PELTZERO,

Medicinæ meritissimam lauream adepturo

*Sacrum.*

**D**Um *Vermes* abigis, favente Phœbo,  
*Vermes*, quos malus huc adegit error,  
Nec non prolificum nimis venenum,  
Hautum faucibus undecunque semen:  
Chartis idque facis ter expolitis,  
Mentis pumice, Jupiter! politis,  
Doctis, egregiis, laboriosis,  
Quas blattæ, tineæ, malique *Vermes*  
Æternum fugient, nigerque Livor:  
Famam rite paras Tibi perennem,  
PELTZERE, ingenio, manuque dextra;  
Cedro scribitur hinc Tuum perenni  
Nomen, rodere nec Tuam valebunt  
Famam Livor iners, malique *Vermes*.  
Æger plurimus ast Tibi salutem  
Acceptam referens Tuisque curis,  
Mansurum statuet decus merenti!

*Ita non ex more, sed ex vero, addito voto  
perpetua felicitatis, gratissimo Civis, &  
Auditori meo in Artibus Salubribus ac-  
ceptissimo ac laudatissimo, meritis ho-  
nores jam letus & libens gratulor, ejus-  
que peritiam singulari industria partam  
omnibus commendo*

HENR. CHR. de HENNIN, D. & Ar-  
tium Medicar. & Human. Prof. Publ.



S O N N E T.

Was hält nicht die Natur in ihrem schooß vergraben /  
 Dadurch uns Menschen Sie des leibes wohl sein macht:  
 Sch't wie des Himmels güt für unsere schwachheit wacht /  
 Da Sie den Kräuteren selbst giebt krafft umb uns zu laben.  
 Wer ist dem klugen Arzt / und diesen reichen gaben  
 Dan feind? Als der / der selbst den sich nicht acht /  
 Des Schöpfers ordnung und weißheit nicht betracht /  
 Von dem wir dieses all zu unserem nutzen haben.  
 Mein Freund / es ist sein fleiß den in den Arzeneyen  
 Er rühmlich angewand / dan hoher Ehren wehrt:  
 Empfanget dan verdient den lohn so Ihr begehrt  
 Dem Edlen Doctor hut. Ich wünsche daß gedeyen  
 Zu seinem Recipe: Es schlage glücklich zu!  
 Daß viele kommen auff / und spät zur langen ruh.

*Ita honori & meritis Nobilissimi, Politissimi  
 & Doctissimi Dn. DOCTORANDI,  
 benevola mente & manu gratulatur*

CLEMENS BERG, J. U. D.  
 Moraliū & Civilium Professor  
 Ordinarius.

E P I G R A M M A.

Du keiner Würmloß lebt auf diesem rund der Erden /  
 War' das ein grosser Arzt der da könt jederman  
 Entwärmen. Grund und weg zeigt zwar Herz PELTZER an /  
 Wir müssen aber doch der Würmer speise werden.

Dieses wenige hat dem H. DOCTORANDO,  
 als seinem Hochgeschätzten Freunde / pflicht-  
 schuldigst hinzu setzen wollen

HENRICH von ERBERGELD / der  
 Morgenländischen sprachen Ord. Prof.



**W**er der Tugend sich ergiebet  
 Und recht wendet an die Zeit  
 Neidet müßigang / und liebet  
 Freyer Künste lieblichkeit /  
 Den wird auf des Pindus spigen  
 Pallas führen bey der hand  
 Und da bey den Musen sitzen  
 Als im hohen Ehren stand:  
 Ja die Keusche Pierinnen  
 Werden flechten eine Krohn  
 Von den Kräutern auf den zinnen  
 Und Ihm schencken die zu Lohn /  
 Diese wird Euch auch gegeben  
 Herz PELTZERE ob dem schweiß  
 Den Ihr habt getröpft im leben  
 Wegen grosser müh und fleiß /  
 Doch vorher so müßt Ihr steigen  
 Auf den hohen Helicon,  
 Eures streit puncts zweck erreichen  
 Als dan wird Euch dieser Lohn.  
 Segen dazu wolle sagen  
 Gott der Herrscher dieser welt /  
 Thätig den allzeit bejahen  
 Bisß Ihr geht ins Himmels Zelt.

Dieses wenige hat dem Herren Do-  
 ctorando zu glückwünschenden  
 Ehren seggen sollen.

**CHRISTOPH FLEMMICH,**  
 Prediger zu Duisburg und dieser Claf-  
 sen zeitlicher Inspector.

Die



Die silber weiße haut / die zart' und weiche händen /  
 Die schönheit / die so viel verliebte bethen an:  
 Die werden noch im Grab / ach jammer! Würme schänden:  
 Doch daran liegt wol nichts / weil mans nicht fühlet dan.  
 Nur daß die schnöde zunft noch selbst bey unserm leben  
 Mit größtem frevel muht durchkriechet haut und bauch.  
 Dargegen muß / wer kan / mit bestem fleisse streben;  
 Weils wieder alles recht und andrer thieren brauch:  
 Das Schafe leben frey für Adlern und Krähen /  
 Die Raben zöpsen nur den Dieb am galgen an.  
 Und Menschen solten nicht ohn quaal der Würmen gehen ?  
 Wer ist der dieses so gleichgültig dulden kan?  
 Drum Wehr' ster Freund Du hast dich recht verdient gemacht;  
 Apollo bindet Dir den krank / dein kluges Haupt  
 Zu zieren / auch die schaar der Musen dir zulachet;  
 Und bald wird dir zum lohn des fleisses seyn erlaubt /  
 Den gähnen Musen Berg als Doctor zu besteigen;  
 Dein schweigen / deine kunst / dein Wiß und muntren Geist  
 Wirstu für allen dan ganz Pracht- und Hérlich zeigen  
 In diesem Würmer-krieg: und daß kein Wurm dich beist.  
 Die kunst-erfahrne schrift wird unverleget wáhren /  
 Das gegengift der Würm' wird keine schabe Dir  
 Benagen; und kein Wurm des neides je verzehren  
 Den hochverdienten ruhm / den du erhalten hier.

Dieses hat dem Herrn Doctorando als  
 seinem Liebwehrtsten Freund / auch  
 Tisch- und Schlafgenossen schuldigt  
 hinzusetzen wollen

J. H. RUBENKAM,  
 S. Min. Cand.

E

GRA-



GRATULATORIUM,

*Domino Nobilissimo, Doctiss. Experientiss.*

JOHANNI BAPTISTAE PELTZERO,

De Vermibus Intestinalium pro obtinendis Medicinarum honoribus feliciter Disputato, Sacrum.

**N**E Tibi, quod canitur, Serò Medicina paretur,  
 Cum mala per longas invaluere moras:  
 Interno qui sæpe malo turbaris, adesto,  
 Heicque tui Morbi quæ sit origo cape.  
 Inculas Stomachum, tories alimenta que sumta,  
 Quæ sola interius posse nocere putas.  
 Falleris! Est aliud, *σκαληνοσοία* vocetur,  
 Quod tua, si pateris, viscera perfodiet.  
 Morbum si nescis, & quo medicamine tollas?  
 Consule PELTZERI, nudat utrumque, Theses.  
 Contusos lateres; herbas, Medicafter, olentes;  
 Allia; Quid pro Quo; per fora vendat, amens.  
 Omnia ridentur, nec sunt, quæ Vermina pellunt,  
 Sed meliora bibas, si medicanda, decet.  
 Non opus est aliâ, PELTZERO luce, lucernâ,  
 Ex qua jam radios mittat Apollo suos.  
 Hinc tu qui sentis exosos lumina vermes,  
 Utere, tutus eris, quod dabit Hic, RECIPE.  
 Mitte dolo plenos male sane Machaonas ergo,  
 PELTZERUM melius consuluisse fuit.  
 InCLyta testis etIt, DVIsbVrgICa CVLta FaCVLtas,  
 Pærona qVæ seqVItVr. DoCtor abIbIt oVans.  
 Hoc parvum magno ponebat Amicus Amico  
 HELLER PELTZERO Theologus Medico. Sal



1.

**S**al men niet gelukkig noemen  
Die der dingen oorfaek vveet,  
En hem 't sierfel van de bloemen  
Schenken; vvy! dat Hy besteeft,  
Dag en nacht in't onderfoeken  
Van het beste slag der boeken.

2.

Maer vvat Prys sal men dien tonen  
Die her onhyl raet verschaft,  
Sal men Hem niet dubbelt lonen,  
Wyl Hy Hyl op goet toebragt!  
En niets voor sig selfs vvou houden,  
Maer het al aen ons vertrouden.

3.

Dies so vlegt men laueriren  
Om Heer PELTZERS roemryk Hooft,  
Wyl Hy d' oorfaek op komt siren,  
En dan't onhyl vveer verdooft,  
Van't geknaeg der vvrede Wormen,  
Die het Mensdom steets bestormen.

4.

'K vvens dan dat des vvyshyts segen  
Altyt in en by U sy!  
Ia dat men aen alle vvegen  
Sing U lof en eer daer by,  
Dog dat tonn'kens vol Ducaten,  
U ook nimmermeer verlaten.

*Sulx stelt, in afvvesembyt der Sanggodinnen, den  
SeerGeleerden Heer CANDIDAET synen Hoog-  
geachten Vrint, met toevvensching van  
bydersyise Heyl, ter Eeren*

L. ESENIUS M. C.



GRATULATIO  
A M I C A.

**F**elix, qui potuit rerum cognoscere causas,  
 Si verum, ut Veterum verba fuere, fuit?  
 PELTZERUM ante alios felicem dicere fas est.  
 Istas scire etenim nemo negabit *Eum*  
 In sylvis herbas didicisse Chirona fatemur,  
 Ipsum cum fallax progeniuit Thalamus.  
 At meliora satus casto de sanguine novit  
 PELTZERUS, dubitas? Inspice quæso *Thefes*  
 Unde sient *vermes* rodentes viscera cernes;  
 Et, quibus hos tollas, Pharmaca justa data.  
 Hinc credamus *Ei*, quo non præsentior ullus  
 Herbarum Medicæ noverit Artis opem.  
 Gratulor ergo Patri, Nato veniente, Machaon  
 Quem sibi præ reliquis judicat esse parem.  
 Gratulor & Matri, Patriæ, Laribusque, Sororum,  
 Atque Choro Fratrum, quæis venit hic *Medicus*.  
 Huic merito nectat crinitus Apollo coronam,  
 Quam meruit toties ipse labore suo.

Tantum Peritiff. Domino Doctore  
 juxta cum Cæteris appositæ Com-  
 mensalis & Contubernalis.

J. M. REIMAN.  
 LL. Scud.